

*Resplenduit facies eius sicut sol.*

✠ Lécitio sancti Evangélii secúndum Mattháeum 17, 1-9

In illo témpore:

- <sup>1</sup> Assúmit Iesus  
Petrum et Iacóbum et Ioánnem fratrem eius  
et ducit illos in montem excélsu seórsum.
- <sup>2</sup> Et transfigurátus est ante eos;  
et resplénduit fácies eius sicut sol,  
vestiménta autem eius facta sunt alba sicut lux.
- <sup>3</sup> Et ecce appáruit illis Móyses et Elías cum eo loquéntes.
- <sup>4</sup> Respóndens autem Petrus dixit ad Iesum:  
«Dómine, bonum est nos hic esse.  
Si vis, fáciam hic tria tabernácula:  
tibi unum et Móysi unum et Elíæ unum».
- <sup>5</sup> Adhuc eo loquénte,  
ecce nubes lúcida obumbrávit eos;  
et ecce vox de nube dicens:  
«Hic est Fílius meus diléctus,  
in quo mihi bene complácui;  
ipsum audíte».
- <sup>6</sup> Et audiéntes discípuli cecidérunt in fáciem suam  
et timuérunt valde.
- <sup>7</sup> Et accéssit Iesus et tétigit eos dixítque eis:  
«Súrgite et nolíte timére».
- <sup>8</sup> Levántes autem óculos suos,  
néminem vidérunt nisi solum Iesum.
- <sup>9</sup> Et descendéntibus illis de monte,  
præcépit eis Iesus dicens:  
«Némini dixéritis visiónem,  
donec Fílius hóminis a mórtuis resúrgat».

Verbum Dómini.